



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

16. Quibus modis possit sibi, qui in aliqua re superior est, inferiorem pro superiore habere?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45699**

animaduertit: *Uniusquisq; dum tactu veri luminis illustratur, sibi ipsi* S. Bonavent.  
*offenditur, vt unde cognoscit, quid est iustitia, inde erudiatur; quid est* c. i. folio-  
*culpa, qua excusat<sup>r</sup>ur. Vnde Sancti viri quòd altius apud Deum virtutis dignitate proficiunt, ed subtilius indignos se esse deprehendunt: quia*  
*dum proximi luci fiunt, quidquid eis in se ipsis latebat, innueniunt.*

Ait S. Paulus pugnantia videtur imponere nobis, dum ait: XV.  
*Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, sed in humilitate* Phil. 2. 3.  
*superiores sibi inuicem arbitrantur? Potestne sine mendacio, vel cer-*  
*te sine falsitate fieri, vt duo in quacumque humilitate se se ipsis*  
*mutuo superiores sibi inuicem arbitrentur? Si è duobus vnuus est*  
*superior, ergo alter erit inferior. Si inferior, ergo non superior.*  
*An non clarè magister videt, discipulum in doctrina esse inferio-*  
*rem? Videt sanè, & euidenter quidem. Interim constanter mo-*  
*nit Humilitas, vt nulli te præponas, sed omnibus potius post-*  
*ponas. Quo pacto hoc fieri potest, salua veritate? Tres sunt*  
*modi. 1. S. Thomas ait, humilem nec debere, nec posse iudica-* S. Thom. 2. 2.  
*re, suam virtutem aut donum, quod reuera maius à Deo acce-* q. 161, a. 3.  
*pit (v. g. apostolatum) esse minus eo, quod reuera minus alter*  
*acceptit (v. g. dono linguarum) neque verò debere se in eo affi-*  
*mare altero esse inferiorem: sed in eo, quòd considerans ea,*  
*qua habet à seipso; in proximo autem illa qua habet à Deo. Hac*  
*enim ratione meritò ac verè illum sibi præfert. Siquidem do-*  
*na, qua alter à Deo habet, maiorra sunt ijs, qua quisque à se-*  
*ipso habet. Hac est enim genuina indoles humilitatis; Nosse sc*  
*ipsum, Intueri se ipsum, atque ea qua quisque à seipso habet,*  
*suos nimirum errores, sua vitia & peccata: in alijs autem specta-*  
*re eorum bona & dona, qua à Deo proficiuntur. Quemadmo-*  
*dum & superbie ingenium est sua bona spectare, iactare, admi-*  
*rari; aliorum autē mala indagare, rimari, detestari. 2. Certum*  
*est, Mundi Gubernatorem, ita sua dona distribuere, vt nullum*  
*prætereat, sed cuique etiam vilissimo homuncioni dotem aliquā*  
*conferat, in qua alios præcellat. Quod, vt in rebus naturalibus,*  
*ita etiam supernaturalibus contingit. In naturalibus enim aliis*  
*visu, auditu aliis; vnuus ingenio, alter iudicio; hic eloquentia,*  
*ille sapientia & Philosophia; iterumq; quidam in medicina, qui-*  
*dam in iurisprudentia excellunt: itemq; hic calamo, ille penicil-*  
*lo, aliis*

S. Gregor.  
hom. 10, in  
Ezech.

lo, alius scalpro valet &c: Pari modo alij Sancti charitate, alij humanitate; mansuetudine ac patientia alij, alij alia virtute eminent, suntq; alijs superiores. Miratur Paulus, inquit D. Gregorius, in Petro & Apostolis innocentiam cùm ait: Ego enim sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quia perfectus sum Ecclesiam Dei: viciissim Petrus miratur in Paulo sapientiam, cùm ait: Sicut & charissimus frater noster Paulus secundam datam filii sapientiam scripsit vobis. Adeundem modum, S. Athanasius scribit, S. Antonium, in unoquoque fratrum ac sociorum illam, qua fulgebat, virtutem contemplatum, & in ea superari se videntem alteri tamquam superiori postpoluisse, 3. Ait suprà citatus D. Thomas: Verè indicamus, & estimamus, posse esse aliquid occultum in alio, quo nobis superior sit, etiam si bonum nostrum, quo illo videtur superiores, non sit occultum. Assonat S. Augustinus: Virgo ne se conjugata preferat, cogitet occulta dona Dei, quea non nisi interrogatione tentationis etiam semetipsum cuiq; declarant. Vnde enim prater alias scit Virgo, ne foris ob mentis infirmitatem nondum sit matura martyrio, coniugata vero sit? Vnde, inquam scit, ne foris ipsa nondum sit Thecla, iam sit illa Crispina. Et copiosius infrà. Aliud est enim pro veritate ac proposito sancto non consentire studenti atque blandienti, aliud non credere etiam torquenti, & ferienti. Latent ista in facultatibus, & virtibus animorum, temptatione panduntur, experientia propalantur. Ut ergo quisque non infletur ex eo, quod videt se posse, cogitet, foris alios posse aliquid, quod ipse non potest: ita seruabitur non fallaci, sed veraci humilitate: honore mutuo prauementes, & alterutrum existimantes superiores sibi.

## XVI.

Senec. con.  
solat. ad  
Marc. c. II.

Nulli nos præferemus, si de nobis ipsis, quod reuera sumus, sentiamus: utque ita nos ipsis noscentes sentiamus, Deus non solum voluit nos nobis de peccatis nostris ( quibus fugemus, & maximè miseri sumus ) notos esse, sed etiam in corpore naturam nobis fragile dedit, quam vel ipsis Ethnici hominibus proposuerunt considerandam. Senecam audiamus: Hoc inbet illa Pythicus oraculis ascripta vox: Nosce te. Quid est homo? quodlibet quassum & quodlibet fragile: iactatu, non tempestate magna, ut dissipari, est opus. Ubicumque arietaueris, solueris. Quid est homo? imbecillum corpus, & fragile, nudum, suapte natura invicem, aliena opus indigens, ad omnem fortune